

Francesco Sforza, Hz. von Mailand, an NvK. Er bekräftigt seine Wertschätzung gegenüber dem Kardinal und beglaubigt seinen Gesandten Sceva da Curte.

Entwurf: MAILAND, StA, Carteggio Sforzesco, Potenze estere, Roma, scat. 48, sub dato (auf demselben Doppelblatt wie Nr. 5883).

Druck: Meuthen, Die letzten Jahre 170 Nr. XXV.

Erm.: Meuthen, Die letzten Jahre 25, 100.

1459 Mediolani xxii martii. D. N. tituli Sancti Petri ad vincula apostolico legato alme Urbis.

Si non damus frequentes ad d. vestram litteras, quod per occupationes non licet, non existimet tamen memoriam de r<sup>ma</sup> paternitate vestra nobis excidisse, quippe quod animo et mente vobiscum sepenumero sumus, letamurque certam a s<sup>mo</sup> d. n. provinciam d. v<sup>c</sup> commissam esse, que et consilio et dignitate  
5 maiore tali administraret et cui singulari quadam benevolentia et caritate affecti sumus et rem efficere aliquando gratam cupimus.

Scripsit nobis his diebus spectabilis d. Sceva de Curte<sup>1)</sup>, senator alme Urbis et consiliarius noster dilectissimus, r. p<sup>tem</sup> v. nonnulla sibi aperuisse, quibus ut in ceteris aliis precipuum in nos amorem et paternam affectionem vestram erga nos clare ostendit. Fuerunt profecto nobis gratissima, et non parvas  
10 proinde d. v. agimus gratias. Rescripsimus ipsi d. Sceve<sup>2)</sup>, que opportuna nobis visa sunt, que r. p<sup>tas</sup> v. ab illo accipiat, cui in his et aliis, que de cetero nostro nomine rettulerit, fidem ut nobis prestare velit plenissimam.

---

2 tamen: *folgt gestr.* ita. 7 his diebus: *ü.d.Z.* 8 ut – aliis: *ü.d.Z.* 9 vestram: *ü.d.Z.* 11 nostro nomine: *ü.d.Z.*

---

1) *S.o.* Nr. 5862 (1459 März 5).

2) *S.o.* Nr. 5883 (1459 März 21).